

TABULA XVI.

33

19	w	In educatione caudæ, trium australior.	16 { 6 }	J
19	A	Borealior.		
20	b	Tertia Meridionalis.		
21	c	In extremitate sinistre alæ duarum sequens.		
28	d	In sinistro Ganymedis latere, inferior.		
29	e	Ad umbilicum.		
30	f	In femine sinistro.		
31	g	Ad imum pedem sinistrum, antecedens.		
32	h	Sequens.		

Martem & Jovem sequuntur.

I. *Aequator.* K. *Sagitta.* L. *Cauda Serpentis Esculapii.*
M. *Humerus Serpentarii laevus.*

Gentilium fabulæ, hunc Ganymedem ab Aquila raptrum, & amanti Jovi traditum asserunt. Romani Antinoum Claudiopoli Bithyniæ ortum ponunt, admirandæ pulchritudinis puerum, ab Hadriano summè in delitiis habitum, ad cuius honorem, statuas erexit, numismata procul, templa, & Sacerdotes constituit, quod præter alios, ex parte noster ærcus testatur nummus.

ΟΣΤΙΛΙΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ ο' ΙΕΡΕΥΣ ΤΟΥ ΑΝΤΙΝΟΟΥ.

Caput Antinoi.

ΤΟΙΣ ΛΧΑΙΟΙΣ ΑΝΕΘΗΚΕ.

Mercurius cum Pegaso.

CÆsari, & Assyriæ, VIII. Id. Junii Aquila vespere ori-
tur. Plin. *nat. hist. lib. 18. c. 27.* Atticæ & finitimas regio-
nibus III. Kal. Jan. vespere occidere traditur. Idem c. 26.
XVIII. Kal. Aug. Ægypto eadem occidit matutinò, Etesia-
sumque prodromi flatus incipiunt, quod Cæsar, X. Kal.
sentire Italiam existimavit.

Aquila